Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



65.

ut caute se agat ammonere desi
derat. iii. i. & xx. & xviii. & v.
& i. & vii. & v. digitis ostende-
bat. Unus namq; ordinis litterae
caute age significant. Potest & ita
scribi si causa secretior exigit.
sed haec grecorum computo litterisq;
facilius disci simulatq; agi possunt.
Quinon utlatini paucis islemq;
geminatis suos numeros solent ex
primere litteris. Uerum toto
alphabetisu caractere in nume
rorum figuras expenso. tres qui
plus sunt numeros notissingulis
depingunt. Eundem pene numeri
figurandi quem scribendi alpha
betii ordinem sequenter hocmodo.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| i | A alfa | x | I iota | c | P ro | + Qui & lideo |
| ii | B beta | xx | K kappa | cc | C | mox numeros |
| iii | Γ gamma | xxx | Λ lambda | ccc | T tau | digitis significa |
| iiii | Δ delta | xl | M my | cccc | V ipsilon | care didicerint. |
| v | E e | L | N | d | Φ | nulla inter |
| vi | F sigma | Lx | Ξ | dc | X | stante mora |
| vii | Z zeta | Lxx | O o | dcc | Ψ | litteras quoq; |
| viii | H eta | Lxxx | Π pi | dccc | Ω o | pariter his de |
| viiii | Θ theta | xc | Ρ rho | dcccc | + | p sigere scuit. |

Verum haec hactenus. Nunc ad tem
pora quamuipse temporum editor ordina
tor q; dns adiuuare dignabitur. ex
ponenda ueniamus.

De trimoda temporum
ratione.

Tempora
igitur a temperamento nom
accipiunt. Siue quod unum quod q;
illorum spatium separatim tempe
ratum sit. seu quod momentis. ho
ris. diebus. mensibus. annis. sdisq;
& ablatibus. omnia mortalis uitae
curricula temperentur. De quib;
singulis prout dns dederit expositu
ri. Primo lectorem admonem
trimoda ratione computum tempo
ris esse discretum. Aut enim natu
ra. aut consuetudine. aut certe
auctoritate decurrit. Et ipsa
quidem auctoritate bifariam diui
na. humana uidelicet. ut olimpi
ades quattuor annorum. Nun
dinas octodierum. Indictiones
xv annorum. ambitu celebrari.
Diem quoque quiexquadrantib;
conficitur. mense februario. uel
augusto inter calari greci aegyp
tii romanique. pro suo quiq; captu
iusserunt. Diuina aut ut septa ma
die sabbatum agi. Septimo anno
a rurali opere uacari. Quinqua
gesimum annum iubeleum uocari